STEPHANUS de MAGNA CHRZĄSTOW WIERZBOWSKI

Dei & Apostolicæ Sedis Gratia

EPISCOPUS POSNANIENSIS.

Uniuersis & singulis præsentes Literas lecturis, visuris siue legi audituris, significamus, & ad indubitatam notitiam deducimus. Benedictus DEVS & Pater Domini Nostri IESV Christi, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, quod postquam Beatissimam Virginem Mariam innumeris donis exornauit, eamq; Nobis in Matrem, Aduocatam, & Protectricem dedit, non cessat maiora in dies beneficia Nobis peream largiri. Extant quidem singulari Dei benignitate, à vetustissimis & recentioribus temporibus complures intra hoc Poloniæ Regnum, eiusdem Dei Matris Imagines, & loca miraculis inclita, verum idem misericors DEVS solitus est Nos consolari in omni tribulatione Nostra, vt istis quoq; miserrimis, & post hominum memoriam maximè ærumnosis annis Nos consolaretur, cæpit à multis annis euidentibus, & supra humanas vires factis miraculis illustrare Imaginem Beatissimæ Virginis MARIÆ in Ecclesia Parochiali Villæ Lewiczyn, Diœcesis Nostræ Posnaniensis, & Terræ Cernen. sitt, existentem, scilicet vt afflictus ingentibus calamitatibus populus, disceret per hanc potentissimam ad Christum Mediatricem, & Aduocatam Nostram remedium tot malorum petere, eamq; omni cultu in perpetuum salutis, vitæq; suæ patrocinium aduocare. De quibus quidem miraculis cum sæpius audiremus, vt de illis plenam & indubitatam fidem, & certitudinem haberemus, primo commissimus Authoritate Nostra Ordinaria R.ndis ac Religiosis in Christo Patribus Bonifacio Wolinski Ordinis Prædicatorum S. Dominici S. Th. Professori, Teophilo Dąmbrowscio Ordinis Minorum S. Francisci Strictioris Obseruantiæ S. Th. Lectori, Guardiano, Stanislao Ciołkowski Conuentus Łęcieszycen. Priori, & Ioanni Mrozicki Ordinis S. Pauli Primi Eremitæ respectiuè Professis, ad Ecclesiam S. Spiritus Varsau. Prædicatori Conuentuum Varsauien. demùm Perillustri & Adm. R.ndo D.no Nicolao Popławski S. Th. Doctori Prothon.rio Aplico Plocen. & Varsauien. Decano, Causarum Curiæ N.ræ Generali Auditori & Iudici, ac R.ndo in Christo Patri Paulo Branicki Soc: IESV Domus Professæ Varsauien. Præposito, & Collegij Rectori, vt de veritate eorundem, per omne genus probationum inquirerent. Quod postquam illi, & quidem primi Commissarij die Vigesima nona Mensis Iunij, in Anno Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Octauo, Secundi verò eodem die Vigesima nonâ Mensis Iunij Festo SS. Petri & Pauli dicato Anno sequenti Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Nono, ita accuratè & exactè cum adhibitione Notariorum peregerunt cum expressione sensus sui, vt de certitudine & veritate supradictorum miraculorum plenè Nobis constet. Nos demùm ipsi in Persona Nostra Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Octuagesimo Quarto, Secundâ Iulij, ipso Festo Visitationis Beatissimæ Virginis MARIÆ, adiuncto Nobis Illustrissimo & Reuerendmo D.no D.no Stanislao Hiacyntho Święcicki Episcopo Chełmensi, S. Th. & I.V. Doctore, ad eandem Ecclesiam Parochialem Leuicen. adhibitis Theologis variorum Ordinum descendimus, & attentis anterioribus Commissionibus magnâ prudentiâ à viris doctissimis, & rerum Diuinarum peritissimis peractis, post maturam & seriam deliberationem, auxilio Spiritus S. inuocato definiuimus, ac definimus eadem miracula, quæ in præfatis Commissionibus conscripta, & expressa, manibus DD. Commissariorum & Notariorum subscriptis continentur vera esse, & Imaginem Beatissimæ MARIÆ Virginis admirandæ pulchritudinis & eleganter depictam, cum descriptione Nicephori Lib. 2. Historiæ Cap. 23. conuenientem & quadrantem, & in Ecclesia Parochiali Leuicen. ab Anno Millesimo Sexcentesimo Quarto inhucusq; asseruatam, in maiori Altari de scitu, & Mandato Nostro impositam, & collocatam miraculosam declaramus, facultatemq; vniuersis Presbyteris & Concionatoribus damus, vt in præfata Ecclesia Leuicen. eadem populo ex ambone ad Diuina audien. congregato publicent ad excitandam maiorem deuotionem erga Dei Matrem vnicum refugium afflictorum, & Matrem Nostram misericordiæ. Volumus autem vt vtraq; Commissio per Nostros Commissarios peracta cum præsenti declaratione, & Instrumentis Commissionum ad Acta Consistorij Nostri Varsauien. inseratur, id procurante moderno Parocho loci Admodum R.ndo Andrea Gołkowski Decano Rurali Grodecen. & exemplar præmissorum omnium per infrascriptum Notarium Causarum Curiæ Nostræ subscriptum, in dicta Ecclesia asseruetur. In quorum fidem & Datum in Villa Lewiczyn die Secundâ Iulij. Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Octuagesimo Quarto.

Stephanus Wierzbowski
Episcopus Posnaniensis

STEPHANUS de MAGNA CHRZĄSTOW WIERZBOWSKI

Dei & Apostolicæ Sedis Gratia

EPISCOPUS POSNANIENSIS.

Uniuersis & singulis præsentes Literas lecturis, visuris siue legi audituris significamus, & ad indubitatam notitiam deducimus. Benedictus DEUS & Pater Domini Nostri IESU Christi, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, quod
postquam Beatissimam Virginem Mariam innumeris donis exornauit, eamq; Nobis in Matrem, Aduocatam, & Protectricem dedit, non cessat maiora in dies beneficia Nobis per eam largiri. Extant quidem singulari Dei benignitate, à vetustissimis
& recentioribus temporibus complures intra hoc Poloniæ Regnum, eiusdem Dei Matris Imagines, & loca miraculis inclita, verum idem misericors DEUS solitus est Nos consolari in omni tribulatione Nostra, vt istis quoq; miserrimis, & post homi=
num memoriam maximè ærumnosis annis Nos consolaretur, cæpit à multis annis euidentibus, & supra humanas vires factis miraculis illustrare Imaginem Beatissimæ Virginis MARIÆ in Ecclesia Parochiali Villæ Lewiczyn, Diœcesis Nostræ
Posnaniensis, & Terræ Cernen. sitt, existentem, scilicet vt afflictus ingentibus calamitatibus populus, disceret per hanc potentissimam ad Christum Mediatricem, & Aduocatam Nostram remedium tot malorum petere, eamq; omni cultu in perpetu=
um salutis, vitæq; suæ patrocinium aduocare. De quibus quidem miraculis cum sæpius audiremus, vt de illis plenam & indubitatam fidem, & certitudinem haberemus, primo commisimus Authoritate Nostra Ordinaria Rndis ac Religiosis in Christo Patri=
bus Bonifacio Wolinski Ordinis Prædicatorum S. Dominici S. Th. Professori, Teophilo Dąmbrowscio Ordinis Minorum S. Francisci Strictioris Obseruantiæ S. Th. Lectori, Guardiano, Stanislao Ciołkowski Conuentus Łęczyczycen. Priori, & Ioanni Mro=
zicki Ordinis S. Pauli Primi Eremitæ respectiuè Professis, ad Ecclesiam S. Spiritus Varsau. Prædicatori Conuentuum Varsauien. demùm Perillustri & Adm. Rndo Dno Nicolao Popławski S. Th. Doctori Prothonrio Aplico Plocen. & Varsauien. Decano, Causa=
rum Curiæ Nræ Generali Auditori & Iudici, ac Rndo in Christo Patri Paulo Branicki Soc: IESU Domus Professæ Varsauien. Præposito, & Collegij Rectori, vt de veritate eorundem, per omne genus probationum inquirerent. Quod postquam illi, & quidem
primi Commissarij die Vigesima nona Mensis Iunij, in Anno Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Octauo, Secundi verò eodem die Vigesima nonâ Mensis Iunij Festo SS. Petri & Pauli dicato Anno sequenti Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo No=
no, ita accuratè & exactè cum adhibitione Notariorum peregerunt cum expressione sensus sui, vt de certitudine & veritate supradictorum miraculorum plenè Nobis constet. Nos demùm ipsi in Persona Nostra Anno Domini Millesimo Sexcentesimo
Octuagesimo Quarto, Secundâ Iulij, ipso Festo Visitationis Beatissimæ Virginis MARIÆ, adiuncto Nobis Illustrissimo & Reuerendmo Dno Dno Stanislao Hiacyntho Swięcicki Episcopo Chelmensi, S. Th. & I.V. Doctore, ad eandem Ecclesiam Paro=
chialem Leuicen. adhibitis Theologis variorum Ordinum descendimus, & attentis anterioribus Commissionibus magnâ prudentiâ à viris doctissimis, & rerum Diuinarum peritissimis peractis, post maturam & seriam deliberationem, auxilio
Spiritus S. inuocato definiuimus, ac definimus eadem miracula, quæ in præfatis Commissionibus conscripta, & expressa, manibus DD. Commissariorum & Notariorum subscriptis continentur vera esse, & Imaginem Beatissimæ MARIÆ Virginis ad=
mirandæ pulchritudinis & eleganter depictam, cum descriptione Nicephori Lib. 2. Historiæ Cap. 23. conuenientem & quadrantem, & in Ecclesia Parochiali Leuicen. ab Anno Millesimo Sexcentesimo Quarto inhucusq; asseruatam, in maiori Altari de scitu, &
Mandato Nostro impositam, & collocatam miraculosam declaramus, facultatemq; vniuersis Presbyteris & Concionatoribus damus, vt in præfata Ecclesia Leuicen. eadem populo ex ambone ad Diuina audien. congregato publicent ad excitandam maio=
rem deuotionem erga Dei Matrem vnicum refugium afflictorum, & Matrem Nostram misericordiæ. Volumus autem vt vtraq; Commissio per Nostros Commissarios peracta cum præsenti declaratione, & Instrumentis Commissionum ad Acta Consistorij Nostri
Varsauien. inseratur, id procurante moderno Parocho loci Admodum Rndo Andrea Gołkowski Decano Rurali Grodecen., & exemplar præmissorum omnium per infrascriptum Notarium Causarum Curiæ Nostræ subscriptum, in dicta Ecclesia asseruetur. In
quorum fidem & Datum in Villa Lewiczyn die Secundâ Iulij. Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Octuagesimo Quarto.

Stephanus Wierzbowski
Episcopus Posnaniensis



STEPHANUS de MAGNA CHRZĄSTOW WIERZBOWSKI

Dei & Apostolicæ Sedis Gratia

EPISCOPUS POSNANIENSIS.

Uniuersis & singulis præsentes Literas lecturis, visuris siue legi audituris, significamus, & ad indubitatam notitiam deducimus. Benedictus DEVS & Pater Domini Nostri IESV Christi, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, quod postquam Beatissimam Virginem Mariam innumeris donis exornauit, eamq; Nobis in Matrem, Aduocatam, & Protectricem dedit, non cessat maiora in dies beneficia Nobis per eam largiri. Extant quidem singulari Dei benignitate, à vetustissimis & recentioribus temporibus complures intra hoc Poloniæ Regnum, eiusdem Dei Matris Imagines, & loca miraculis inclita, verum idem misericors DEVS solitus est Nos consolari in omni tribulatione Nostra, vt istis quoq; miserrimis, & post hominum memoriam maximè ærumnosis annis Nos consolaretur, cœpit à multis annis euidentibus, & supra humanas vires factis miraculis illustrare Imaginem Beatissimæ Virginis MARIÆ in Ecclesia Parochiali Villæ Lewiczyn, Diœcesis Nostræ Posnaniensis, & Terræ Czernen. sitt, existentem, scilicet vt afflictus ingentibus calamitatibus populus, disceret per hanc potentissimam ad Christum Mediatricem, & Aduocatam Nostram remedium tot malorum petere, eamq; omni cultu in perpetuum salutis, vitæq; suæ patrocinium aduocare. De quibus quidem miraculis cum sæpius audiremus, vt de illis plenam & indubitatam fidem, & certitudinem haberemus, primo commissimus Authoritate Nostra Ordinaria Rndis ac Religiosis in Christo Patribus Bonifacio Wolinski Ordinis Prædicatorum S. Dominici S. Th. Professori, Teophilo Dąmbrowscio Ordinis Minorum S. Francisci Strictioris Obseruantiæ S. Th. Lectori, Guardiano, Stanislao Ciołkowski Conuentus Lęcieszycen. Priori, & Ioanni Mrozicki Ordinis S. Pauli Primi Eremitæ respectiuè Professis, ad Ecclesiam S. Spiritus Varsau. Prædicatori Conuentuum Varsauien. demùm Perillustri & Adm. Rndo Dno Nicolao Popławski S. Th. Doctori Prothonrio Aplico Płocen. & Varsauien. Decano, Causarum Curiæ Nræ Generali Auditori & Iudici, ac Rndo in Christo Patri Paulo Branicki Soc. IESV Domus Professæ Varsauien. Præposito, & Collegij Rectori, vt de veritate eorundem, per omne genus probationum inquirerent. Quod postquam illi, & quidem primi Commissarij die Vigesima nona Mensis Iunij, in Anno Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Octauo, Secundi verò eodem die Vigesima nonâ Mensis Iunij Festo SS. Petri & Pauli dicato Anno sequenti Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Nono, ita accuratè & exactè cum adhibitione Notariorum peregerunt cum expressione sensus sui, vt de certitudine & veritate supradictorum miraculorum plenè Nobis constet. Nos demùm ipsi in Persona Nostra Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Octuagesimo Quarto, Secundâ Iulij ipso Festo Visitationis Beatissimæ Virginis MARIÆ, adiuncto Nobis Illustrissimo & Reuerendmo Dno Dno Stanislao Hiacyntho Swiecicki Episcopo Chelmensi, S. Th. & I.V. Doctore, ad eandem Ecclesiam Parochialem Lewicen. adhibitis Theologis variorum Ordinum descendimus, & attentis anterioribus Commissionibus magnâ prudentiâ à viris doctissimis, & rerum Diuinarum peritissimis peractis, post maturam & seriam deliberationem, auxilio Spiritus S. inuocato definiuimus, ac definimus eadem miracula, quæ in præfatis Commissionibus conscripta, & expressa, manibus DD. Commissariorum & Notariorum subscriptis continentur vera esse, & Imaginem Beatissimæ MARIÆ Virginis admirandæ pulchritudinis & eleganter depictam, cum descriptione Nicephori Lib. 2. Historiæ Cap. 23. conuenientem & quadrantem, & in Ecclesia Parochiali Lewicen. ab Anno Millesimo Sexcentesimo Quarto inhucusq; asseruatam, in maiori Altari de scitu, & Mandato Nostro impositam, & collocatam miraculosam declaramus, facultatemq; vniuersis Presbyteris & Concionatoribus damus, vt in præfata Ecclesia Lewicen. eadem populo ex ambone ad Diuina audien. congregato publicent ad excitandam maiorem deuotionem erga Dei Matrem vnicum refugium afflictorum, & Matrem Nostram misericordiæ. Volumus autem vt vtraq; Commissio per Nostros Commissarios peracta cum præsenti declaratione, & Instrumentis Commissionum ad Acta Consistorij Nostri Varsauien. inseratur, id procurante moderno Parocho loci Admodum Rndo Andrea Gołkowski Decano Rurali Grodecen. & exemplar præmissorum omnium per infrascriptum Notarium Causarum Curiæ Nostræ subscriptum, in dicta Ecclesia asseruetur. In quorum fidem &. Datum in Villa Lewiczyn die Secundâ Iulij. Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Octuagesimo Quarto.

Stephanus Wierzbowski
Episcopus Posnaniensis

Andreas Ant. Alexand. Groszkiewicz Aplicus et Causarum Curiae Illmae Celsitudinis atque Consistorii Varsavien. Notarius